44

DISPVTATIO IVRIDICA

De

IIS DOMINIA RERUM ACQUIRENDI MODIS, QVÆ DESCENDVNT EX JURE GENTIUM

Quam

CHRISTO duce & auſpice,

Præſide

Dn. M. ANDREA Kieſſen/Halberſtad.

In celeberrima Academia Lipſienſi exercitij gratia defendere conabitur.

PHILIPPVS OHEIM Stetino-Pomeranus.

Habebitur 25. Maij horis & loco conſuetis.



HALÆ SAXONUM,

Excudebat Chriſtophorus Biſmarcus, Anno 1613.



Consultissimo, Clarissimo & Doctissimo Viro,

Dn. IOANNI CHRISTOPHORO FRIDERICO I. U. Doctori eximio, & in alma Lipsiensi Advocato atq; causarum patrono primario.

Nec non

Ornatissimo & docto Viro

Dn. BENEDICTO OHEIM Philosophiæ magistro & medicæ artis candidato, fratri suo Germano

D. & C.

Respondens.

PRAEFATIO

IN benè constituta Repub. rerum communio tolerari nec debet nec potest: cum quod dominiorum distinctio à Jure Gentium introducta *l.5.ff.de J.& J. l.1.in fin.ff.de furt.§.11.Instit.de rer.* ,& à jure Divino approbata sit *Genes.4.vers.4.Exod 20.ver. & 17.1.Corinth.6.vers.10.1. Johan.3.vers.17. Obstare videtur c. st. 8.Resp.pete ex l.2 §.legis 23.C.de vet. Jur.Enucl.* cum ob re-ngendas lites aliasque gravissimas causas, & rationes *s digito quasi monstrat l. in re 26.ff.de servit.urb.pred.l.cum pa-77.§. dulcissimis 20.ff.de Legat.2.Et tale persequitur Donellus li. mm.c.7.Arius Pin.in 2.p.Rubr.C.de rescind.vend.n.15.& sequ. edd.ad l. 42.n.7.ff.de V. S.Arum.disp.4.th.2.Lucas Osiander in bir. Controvers. c.7.ubi ad contraria Anabaptistarum argu-ta respondet.* Hinc tractatio de acquisitione Dominio-n non minima & infima pars Iurisprud. esse videtur. erit a.doctrina de acquisitione dominiorum commo-mè in duo summa capita distingui: quorum primum lominiorum speciebus; alterum de ipsis dominia ac-rendi modis aget.Ex his ultimum est bipartitum: nan-imur enim Dominium vel Iure Gentium vel Iure Ci-: & hinc modi dominia acquirendi sunt Iuris Genti-vel Iuris Civilis *§.fin.Instit.de usu & habit.l.1.in pr.ff. de ac-rer dom.§.singulorum Instit.eod.ibiq. Dd.Et licet in his textib. terpretib.ibi ij modi quos nos modos Juris gentium vocamus, naturalis nominentur, hoc tamen fit ratione juris naturalis se-larij, quod nihil aliud quam ipsissimum Ius Gentium.* Nam

 nullos

nullos acquirendi dominia modos Juris merè naturalis esse indè perspicuum est, quod distinctio Dominiorum Iuri Naturali contraria sit junct. l. 4. & 5. ff. de J. & J. idq; discretis verbis traditur §. singulorum Instit. de rer div. In hac nostra disputatione de modis Dominia acquirendi ex Jure Gentium descendentibus agemus.

THESIS I.

Iure gentium dominia acquiruntur (*a*) vel per apprehensionem (*b*) vel per accessionem (*c*) quarum illa fit seu occupatione (*d*) quæ aut violenta, & contingit vel venatione (*e*) vel captura (*f*) aut non violenta quæ fit vel juventione (*g*) vel traditione (*h*) Hæc vel confusione (*i*) vel specificatione (*k*) seu accessione propriè ita dicta, quæ aut naturalis, aut industrialis. (*l*)

(a) *Tot & nec plures nec pauciores Dominia rerum acquirendi modos Iuris Gentium esse, quam hic a nobis referuntur clarum est* ex t. t. Inst. de rer div. & t. t. ff. de acqu. rer. dom. Obstare videtur quod in l. in traditionibus C. de pact. duo saltem dominia acquirendi modi ponantur scil. Traditio & Usucapio. &c. cum Contio 1. disp. c. 8. hanc omnes Iuris Civilis, illam omnes Iuris Gentium dominia acquirendi modos sub se comprehendere. *Omnes autem hosce modos in duas species apprehensionem & accessionem includi posse putat* Contius 1. disp. 18. in pr. & n. 12. Forc. Neyc. dial. 84. n. 4. Donell. 4. Comm. 7. & 5. Com. 1. dn. Hackel. illust. qu. disp. 18. th. 1. m. d. *quod etiam nos sequimur.* Diff. variè interpretes in §. singulorum Instit. de rer. div. Gœdd. ad l. rei appellatione 23. n. 4. ff. de V. S. (b) *In nostra autem distinctione per apprehensionem omnem contractum rerum qui appropriandi animo, vel à nobis, vel ab ijs qui nostræ potestati subjecti sunt, fieri solet, denotamus.* (c) *Sub accessione v. in genere omne id quod rei nostræ accedit quocunq; modo id fiat comprehendimus.* (d) *Per occupationem talem contactum qui ex sola nostra voluntate dependet,*

& ex-

externæ personæ interventu haud opus habet, significamus. (e) *...nationis vocem hîc generaliter & ità accipimus ut non modo Ve-...tionem propriè sic dictam (quæ est quadrupedum ferarum in syl-...s & campis) sed & piscationem & aucupium sub se comprehen-...t,* id quod §. feræ igitur Inst. de rer. div. & §. omnia l. 1. ff. de acqu. rer. ...m. suadet, ubi dicitur; Omnia animalia quæ in cælo h. e. aere, terrâ ...aquâ seu feras pisces ac volucres capientium fieri. *Dicimus autem ...nationem occupationem violentam, propterea quod armis & sub-...ndo perficiatur.* (f) *Licet capturæ nomen in se tam latum sit, ut ...nationem quoq; sub se complectatur: hic tamen eandem, pro eâ ...olenta occupatione qua in bellis res hostium acquirimus solum-...do accipimus, & venationi disparatè opponimus.* (g) *Hic modus ...quirendi rectè refertur ad apprehensionem & quidem ad eam ap-...ehensionem quæ fit occupando. In inventione enim non visio; sed ...cupatio rei transfert dominium, unde si duo rem vident alter pri-... alter posterior, & is qui posterior eandem conspexit, prior appre-...ndit, non qui prior conspexit; sed qui prior eandem jacentem ap-...ehendit dominus est judicandus* secundum Dd. in l. si Barsatoram ...C. de fidejus. & mandat. *Rectè autem inventionem occupationem ...n violentam nominamus: nam sine armis & strepitu ea non po-...perfici* (h) *Per traditionem talem contactum seu apprehensio-...m quæ sine externæ alicujus personæ interventu ac voluntate con-...tiente perfici haud potest, significamus. Et quidem rectè ponitur ...ditio inter modos acquisitionis Juris gentium* per l. qua ratione 9. ...æc quoque ff. de acqu. rer. dom. §. per traditionem Instit. de rer. div. ...ff. videtur Ulpian. in frag. c. 19. & vid. apud Wesemb. ad §. 2. Instit. de ...tamen. ordin. & eum secutum Fomannum disput. 9. th. 26. m. 1. ... *qui per apprehensionem perficiuntur. Traditio enim vera est sine ...rehensione nulla,* l. traditionibus C. de pact. l. serv. C. de rei vind. ...*ficit in traditione ad translationem dominij apprehensio corpo-...is, nec præterea vacuæ possessionis oblatio necessaria est* ut commu-

 niter

niter sentiunt Dd. & gloss. in l. si ager ff. de rei vind. per §. per traditionem Instit. de rer. div. l. 20. ff. de acq. rer. dom. arg. l. naturaliter 12. ff. de acqu. poss. quod sequitur Castrensis in l. 2. de act. Empt. & Donell. 4. Comm. 19. Diff. Contius 1. disp. 8. Wesemb. in parat. de contrah. empt. Hottom. illustr. quæst. 11. Mynsi. 1 obs. 53. per l. cum res 12. C. de probat. l qui prædium 13. C. de distract. pignor. l. 2 §. 1. l. 3. §. 2. C. de act. Empt. l. 18. de vi & vi armata. *Ficta tamen traditio sine apprehensione fieri potest* §. interdum Instit. de rer. div. cujus rationem reddit Wesemb. & Baro ibi. (i) *Licet interpretes subtiliter distinguant inter confusionem & commixtionem : confusionemq́; rerum liquidarum & earum quæ difficulter separari possunt : commixtionem siccarum & illarum rerum quæ facilè separari possunt esse, statuant* fundament. §. 22. & sequ. Instit. de rer. div. *tamen cum hæ voces sæpius confundantur* ut ex l. Pomponius in pr junct. §. sed si plumbum ff. de rei vind. videre est, *nos quoq́; hic latam significationem adhibemus , & has voces pro uno eodemq́; sumimus.* (k) Gœdd. putat p. 3. disp. 3. th. fin. *specificationem confusione quoq; fieri, & confusionem sub se complecti. Verùm hæc longè diversa sunt : Confusio enim dicitur quando corpora diversa unius vel diversæ materiæ ita permiscentur ut non unum corpus , vel unam novam speciem constituant, sed diversa corpora. Specificatio verò vocatur quando diversæ species ita permiscentur ut novam à prioribus diversam speciem constituant. Proinde si latissimè & impropriè accipiatur verbum specificationis opinionem Gœdd. admittimus : sin verò strictè & propriè sumitur eam admittere haud possumus.* (l) *accessione speciali seu propriè ita dicta id solummodò quod rei quidem nostræ accedit, non tamen ita cum eo copulatur, ut cum re nostra vel unam speciem, vel unum confusum Chaos constituat, comprehendimus, eamq; dividimus in naturalem, & industrialem* argum. §. item ea cum §§. seqq. junct. §. cum in suo §§. seqq. Instit. de rer. div. de hac accessione speciatim ita dicta vid. Peckium in c. 42. de R. I. in 6. Althus. lib. 1. Iurisprud. Roman. c. 15. in pr.

II.

Venatio non quidem animalia (a) Cicura (b) attamen ...ias feras semper (c) Cicuritas ac mansuefactas tum si ...suetudinem redeundi deserunt (d) sive in proprio, sive ...lieno fundo captat, capientium dominio subjicit, in ...tum ut quam diu sub potestate nostra sunt, nostri do... ...ij esse judicentur. De Venatione.

(a) *Quomodo per venationem quid acquirere possimus, ut eò ...us intelligatur distinctionem quandam animalium institue... Sciendum igitur ex distinctione ad IC. pertinente, animalia esse ...ra, vel Cicura, vel Cicurata. Fera animalia dicuntur quæ o... ...ò indomitæ sunt naturæ, & in sylvis, campis ac aquis degunt, ... generis cervi lepores, ursi, leones, grues, vulteres, Phasiani, ...res, pisces, castores, mergi, &c. quibus etiam annumerantur à ...pes* §. apium quoque Instit. de rer. div. *quod tamen de apibus al... ...non inclusis accipiendum putamus, cum quo convenit Ius Sa... quod omnia illa animalia feræ naturæ facit, quæ à pastoribus ...duri nequeunt* gloss. Landrecht/lib. 2. art. 40. *Cicura & mansue... ...quæ domi nobiscum in nostris fundis habentur ut boves equi, ... gallinæ anseres, quarum duarum ultimarum specierum non ...n sed mansuetam naturam esse inde arguit Imper. Justinianus ...dentur gallinæ feræ, & anseres feri* §. Gallinarum Instit. de rer. *...icurata seu mansuefacta animalia vocantur quæ naturaliter ...em feræ naturæ sunt, sed accidentaliter hominum industria & ...ntia mansueta sunt reddita: cujus generis opinione J.C.* §. pa... ...m quoque *columbæ pavones cervi mansuefacti, & id genus a... ...lia. Quibus nos quoq; apes alveis inclusos annumerandos pu... ...s, eò quod eos in alvearia vel arborem includēdo quis & cicura... suos facere dicatur* arg. d. §. pavonum quoque & arg. l. 3. §. qui... ...rectè 16. ff. de acquir. poss. *etiam de jure Saxon.* gloss. Weichbilds/ ...120. *Nam licet hæc & ejusmodi alia animalia à Justiniano*

§. api-

§.apium quoque & §.pavonum quoque Instit.de rer.div. *feræ naturæ esse dicantur, eadem tamen feræ cicurata & mansuefacta esse ipsa verba hor.text.ut & l.37.ff.de furt.luculentißimè ostendunt* (b) *Animalia Cicura per venationem nullo modo occupari, sed à domino quocunq; loco vindicari possunt, in tantum ut in eadem restituere recusantem domino detur furti actio etiam pro gallina unica* §.gallinarum Instit.de rer.div. *Nec obstat quod cum de minimis non curet prætor, ob rem tam parvi momenti furti actio non institui posse, videatur: furti enim actio non ex re subtracta, sed ex qualitate facti æstimanda est. Nec etiam obstat, quod doli actio non competat de minori summa duobus aureis* l 4.C.de restit.in integr. *dolus enim præsentis cum quo contrahimus facilius præcaveri potest quam ignoti furtum, ut ita dispar hic subsit ratio. Taceo quod doli actio sit extraordinaria & proindè de re minima non detur,* fundam.l. scio 4. ff. de in integr.restit. *furti verò actio sit ordinaria* quam responsionem habet Mynf.in §.gallinarum n.2.hic. *De jure Saxon. possum gallinas alienis domum meam involantibus ibiq; damnum dantibus alas amputare, easq; domum remittere* Weichbild art.121. *Si verò eas occidero teneor solvere pro gallinis singulis dimidium solidum* Landrecht lib.3.art.51. (c) *Ex animalibus ea quæ omninò feræ naturæ existunt, venari de jure gentium Cuivis licitum est, in tantum ut contra me in fundo venari prohibentem actionem injuriarum habeam* l.13. ff. de injurijs *ex ea ratione quod sicut aqua profluens, & aer quo ad proprietatem nullius sint in bonis* §.& quidem Instit.de rer.div. *Sic & animalia in aere (in quo degere feræ quoq; rectius dicuntur, nec solo cohærere* secundum gloss. in l. fin.vero quasi vento C.de alim.pupill. præstand.) *ac aqua degentia rectè nullius censeantur, proindeq; occupanti cedant* §.all.feræ igitur & §.apium Instit.de rer div. *Et hoc in tantum procedit, ut aves & terrestria animalia quod concernit, non modo meum proprium, sed & alienum fundum venandi, & aucupandi gratia ingredi* all.§.feræ & §.apium l.3.ff.de acqui.rer.dom. *& proin-*

proindè apes quoq; cum feri vermes sint alveis non inclusas ex alieno fundo capere possim d. §. apium, *& quicquid ita per venationem capio meum efficitur, modo illud ceperim: non n. persecutio, ut nec vulneratio; sed captura feram efficit* §. illud quæsitum d. loc. l. 5. §. illud quæsitum ff. eod. *meumq; manet tam diu, quam diu id in potestate mea, vel ego illud persecutione mea recuperare possum: illudq; postquam aufugit persequor, persecutione verò mea cessante vel animali in tali statu posito ut recuperare difficilimè illud pòssim naturali libertati restitutum censetur, & occupanti cedit* §. feræ cum §§. seqq. duob. Inst. de rer. divis. l. 5. in pr. §. 1. ff. de acq. rer. dom. *Feræ enim non censentur fructus fundi, sed in eo liberè vagantur fundumq; pro libitu relinquere possunt* l. 3. §. item feras ff. de acq. rer. dom. Wesemb. in parat. ff. de acq. rer. dom. n. 7. *Fera tamen animalia tàm terrestria tàm volatilia alicujus vivario inclusa inde citra furtum eximi non possunt, quia in privati possessione & quodam modo fructus fundi existunt* d. §. item feras cum §. seq. *Licet autem in fundo alieno venari possim, nec in venationem actione ulla conveniri possim: tamèn is cui fundus est potest prohibere, ne venandi aucupandi aut mel ac apes auferendi causa ipsius fundum ingrediar, & si contra hanc prohibitionem facio, habet in me actionem injuriarum* all. §. feræ & §. apium l. 16. ff. de servit. rustic. præd. *non tamen sic contra prohibitionem capta dominus fundi; sed venator acquirit* §. feræ instit. d. lo. l. in laqueum 15. ff. de acqu. rer. dom. l. agrum C. de servit. & aqua, *& si tali modo omnibus in meo fundo venari interdico, illiq; per tempus immemoriale acquiescunt, hoc ipso mihi jus proprium ac tale acquiro ut nemo posteà in meo fundo venari possit cum talis præscriptio instar privilegii sit* l. 1. 2. ac 11. C. de servit. & aqua l. 3. §. ductus aquæ C. de aqua quotid. & æstiv. *& me non minus ac lex seu consuetudo in meo jure firmet* c. super quibusdam §. præterea de V. S. Wesemb. in parat. ff. de acq. rer. dom. n. 7. *Et tali modo acquisiverunt principes venationes in plerisq; locis sibiq; easdem quasi proprias dicarunt, in tantum tum ut hodiè non modò in publicis; sed & in privatis fundis ac me-*

...ribus easdem privatis rectè interdicere possint: subditi enim dum ...quieverunt in facta prohibitione principes, aliosq; prohibentes in ...ure venationum ita firmarunt, ut hodie nemo subditorum seu pri... vatorum, venatione uti possit, nisi qui vel similiter per tempus im... memoriale non modò utendo, sed & alios prohibendo hac venatio... num jura sibi acquisivit l. si quisquam ff. de divers. temp. præscript. *vel cui hoc speciatim à principibus indultum. Nec refert quod infer... i possit, principium hujus præscriptionis vitiosum esse, quia prohi... bitio venationum est contra libertatem naturalem: nam patientia subditorum hunc titulum & initium sufficienter & ita purgat, ut ...hi non modò in acquisitionem consentire, sed & venationum jura ad præscriptionem eorundem tacentes principibus quasi motu proprio deferre videantur. Taceo quod aliàs principes ob utilitatem publicam huic naturali libertati derogare & venandi li... centiam non modò restringere; sed & omninò subditis venationes jure interdicere possint, ut deducit Fachin.* 1. Controv. 1. & Heig. p. 1. quæst. 15. n. 33 §. seq. ac in comm. Instit. ad §. feræ 12. n. 12. & seq. *Wes.* in parat. de acqu. rer. dom. *Zoanetta* in tract. de empt. vend. sub pacto retrovend. n. 148. & in tract. de duplici venatione n. 36. & *dn. Hack.* disp. illustr. 19. th. 2. lit. f. *Colerus* decis. 101. & 148. *Pruckm.* in tract. de regalib. & venatio c. 4. n. 7. & seq. *Sebast. Medices* de ven. p. 1. quæst 5. *quorum argumenta ostendunt.* 1. *Principes aliosq; superioritatis jura habentes tùm in proprijs quæ jure privatorum habent, tùm in publicis nemoribus ac sylvis indè venationes subditis rectè interdicere, quod quilibet ne alter suum fundum venandi aucupandi & apes ac mel auferendi gratiâ ingrediatur, jure prohibere possit ut supra deductum: Sylvæ publicæ verò, maria, litora maris, aliaq; loca publica jure superioritatis quasi privati fundi principum facta sint,* l. litora 3. ff. ne quid in loc. publ. l. deprecatio 9. ff. ad L. Rhod. de jactu. 2. *Principes aliosq; superioritatis jura habẽtes in ipsis privatis quoq; subditorum fundis propter publicum interesse ne [illegible] agricolæ, opifi... caces & id genus alij homines, agriculturam, opificia per venatio...*

num

num jucunditatem allecti relinquant, ne venationibus dediti, latrociniis assuescant, & ne species animalium devastentur per nimiam venationem ac similes ob causas interdicere posse. 3. Principes aliosq; superioritatis jura habentes ob publicum interesse inter eos ipsos subditos q venationũ jura obtinẽt, certũ venãdi modũ pscribere posse, quotiescũq; publica utilitas id exigat. Diss. Joh. Faber & alij in §. feræ Inst. de rer. div. horum Contradicentium argum. dissolvunt Fach. Zoan. d. d. lo. & Eber. Speckhan qq. J. cent. 1. qu. 97. *Sic ergo agricolis in venationibus certum modum præscripsit Fridericus Imper.* in c. 1. §. si quis rusticus vers. *nemo retia de pace tenenda in usi Feud. Sic Jus civile in itineribus frequentatis foveas facere & tendiculas ponere ad capiendas feras nulla monitione precedente prohibet* l. qui foveas 28. ff. ad L. Aquil. *Sic idem Jus Civile piscatoribus noctu in litore maris ignem accendere interdicit, ne decipiantur nautæ putantes ad portum se appellere* l. ne piscatores ff. de incend. ruin. & naufr. *Sic Jus Saxon. interdicit omnem venationem Si seges jam in articulos seu genicula surrexit* Landrecht lib. 2. art. 61. *Sic Jus Saxon. feram in alienam sylvam tendentem cum canibus non nisi absq; inflatu corniculi venatorij persequi concedit* Landrecht lib. 2. art. 61. *Sic idem Jus Saxonum alienum fundum venandi gratiâ ingredi non modò tùm quandò dominus id prohibet* Weichbild *sub tit.* das man auff andern Gütern nicht jagen soll/ & gloss. Weichbilds art. 122. *sed & generaliter ipso jure licet per præscriptionem in alieno fundo venand. Jus acquisiverint, sub pœna centum florenorum* in ordinat. Provinc von jagen/ hetzen vnd Hünerfangen/ *interdicit. Sic nostri Illustrissim Duces Saxonici statis temporibus scil. ijs quibus feræ generationi & propagationi deditæ sunt venari prohibuerunt. Sic justissimis cau si & medijs principes aliiq; jurisdictionem exercentes venation quibusdam in suis proprijs etiam fundis planè ademerunt, eaq; jur sibi solummodò usurpare cœperunt; quod quidem Geil.* 2. obs. 68. n 10. *non planè injuriosum putat, modò hac jura venationum exer*

cente.

centes operam dent ne feræ privatorum agros depascantur, & si aliter fiat, damnum resarciant. De eo autem hic disceptant interpretes: jus venandi aucupandi in sylva aliena iis qui venationum jura obtinent, eaq; aliis interdicunt an servitutis realis prædio cohærentis, an servitutis personalis jurisdictioni perpetua quasi propriæ, an verò regalis nomine competat? Zasius in sing.resp.lib.1.c.11.*Geill.* 2.obs.66. *Mynsf.* in Instit.ad §.inter rusticorum n.6.& 7.*servitutem realem putant, quam opinionem consuetudine Germaniæ Universali receptam dicit. Dn.Hackelm.* qq.illustr.disp.7.th.19.memb.1 *Zoan.* in rep.l.2.C. de pact. inter empt. & vendit.*Hartm.Hartmanni* lib.2.pr. obs.tit.23.c.3. *Servitutem Jurisdictionalem vocant, eamq; sententiam legibus consonam existimat Dn.Hackelm.*d.th.m.c.*Heig.*1.quæst. 15.n.44. *Andreas Knichen de Privil. Elect. & Ducum Saxoniæ & Pruckm. in tract. de Regalib. venationum jura ad regalia referunt, quibus respondet Vulteius* 1.Feud.c.5. n.7.& *Nioll.*disp.feud.11. th.3. *Nos venationum jura pro diversa consideratione, & ad servitutes prædiales* arg.l.quæsitum 12. §. si in agro 12. l. fundo 22.ff.de instit.vel inst leg. *& ad servitutes Jurisdictionales* arg.l.28.ff.de servit.*& ad regalia* fundam.c.unic.quæ sint regalia in verbo piscationum. & indè quod Electores principes, aliiq; status imperij hodiè jure venationum infeudentur. *Illud item in quæstione est: an jura venationum habentes mortis supplicio contra interdictum eorum feras capientes rectè afficiant? De jure quidem Saxonico antiquiori propter venationem contra prohibitionem principium factam nemo capitaliter vel corporaliter puniri potest* Landrecht lib.2.art.61. *& hoc quoq; hodiè observari debere statuimus cum Wesemb.*in parat. ff. de acquir.rer. dom.n.7.*Eberhard.Speckhan.*cent.1.quæst.98.*Tiraquello* de nobil.c. 3.7.n.150.*Marant* de ord.jud.p.4. dist.1.n.45.& dist.3.n.17. *Sebast.Medic.* in tract.de venat.piscat.& aucup.quæst. 5.n. 7. *Goden.*Consil. 70. *qui ibi elegantissimas sanè & firmissimas rationes adducunt. Hæc de venatione propriè sic dicta ac aucupio. Ab his illud venationum genus*

nus quod piscatio dicitur suas diversas habet observantias: nam aquas quod concernit licet in mari, fluvio, lacu & stagno publico jure gentium inspecto liberè piscari possim d. §. fe æ & §. apium Inst. de rer. div. d. §. item feras: *de jure civili tamen novissimo hodie cum regalibus investiti piscationem in publicis fluminibus jure superioritatis prohibere possunt* arg. c. unic. quæ sint regalia in usib. feudor. l. 1. §. permittitur 41. junct. §. seq. ff. de aqua quotid. & æstiv l. fin. C. de aquæ ductu. *Diss. Cæpoll.* in tract. de servit. rustic. præd. rubr. de piscat *Rosenth.* in Synopsi juris feudalis c. 5. quæst. 26. *Privatas vero aquas quod attinet in laco, stagno, diverticulo alieno, qui piscatur statim propter ipsum factum licet prohibitio non præcesserit, actione injuriarum imo furti conveniri potest. & sic furtim capti pisces à domino extorqueri possunt* l. 13. in fin ff. de injur. d. §. item feras l. 3. §. quicquid autem ff. de acquir. rer. dom. l. funes 15 ff. de act. empt. l. venat. ff. de usur. *Diss. Cujacius* 4. Obs. 2. *Duar.* ad l. possideri §. item feras ff. de acq. poss. *per illum text. eò quod pisces ceu fructus aquæ sint, & se instar pomorum aliorumque fructuum habeant quos citra furti crimen in alieno fundo decerpere non licet* t. t. de arbor. furt. Cæs. *Si tamen sic in stagno aliovè loco privato positi pisces ruptis aggeribus in flumen publicum deferuntur, eos vel quilibet liberè, vel is cujus sunt regalia occupare poterit* arg d. §. quicquid autem. *An vero privati longà consuetudine flumen publicum privatum facere, & ex eo quod in aliquo fluminis publici diverticulo soli pluribus annis piscari soliti sint, prætextu longæ consuetudinis alios à piscatione excludere possint rectè quæritur? Negativæ subscribimus arg. l. 6. ff. de rer. div. in pr. l. 45. ff. de Usucap. l. 51. ff. de contrah. empt, & per ea quæ habet* Connenus 3. Com. 16. *Donell.* 5. comm. 12. *Gædd.* ad l. 5. ff. de V. S *Cujac.* ad l. 16. ff. de servi. rust. præd. *Diss. Dd. per l. 7. de divers. temp. præscript. ad quam resp. Cujac.* ad d. l. 45. ff. de Usucap. *Diss. & Petrus Faber* ad l. non est singulis ff. de R. I. *& ex parte Forcat. Necyom.* Dial. 85. p. 351. (d) *Cicurata & mansuefacta animalia quod attinet, hæc non prius ab alio occupari possunt, quam si animum redeundi abjiciunt* §. pavonum Instit. de

rer. div.

rer.div. *quam rejicisse videntur si revertendi consuetudinem intermittunt*, all.loc. *quod ex quot actibus cognoscatur, arbitrio judicis relinquendam* leg.1.§.2.in fin.ff.de jur.deliberandi. *Necesse autem est, ut hanc consuetudinem proprio motu intermittant: Si enim inescationibus à proposito per vicinum avertantur, & hoc casu per venationem occupentur, vel alias vi nobis adimantur, habeo in occupantem actionem furti* l.Pomponius ff.famil.ercifcund. l.si pavonem ff.de furt.§.pavonum Instit.de rer.div. *etiam de jure Saxonico, quod in eum qui apes ex alveariis eximit, actionem furti competat, disponit gloss.* Weichbilds/art.120.

III.

Captura, personas & res bello justo captas, capientibus adjudicat.

Ut in venatione, sic & captivitate res nostro dominio subjicimus §.item ea Instit.de rer.div.l.adeo in pr.ff.de acqu.rer.dom.l.1.§.1.ff.de acqu.possess. *modo bellum justum sit h e. tale quod à populo Romano aliis, vel ab aliis, populo Romano indictum, vel inter eos, qui superiorem non recognoscunt, geritur, hi enim hostes propriè dicuntur, cæteri prædones* l.hostes ff.de captiv.& postlim. reverf.l. hostes ff. de V.S. *& quidem personæ & res mobiles in bello captæ militum capientium fiunt* d.§. *modò non obstet mos vel pactum: Ex nonnullarum enim gentium belligerantium more vel pactis captivi* λύτρῳ *soluto liberi fiunt. Res immobiles verò belli duci, vel populo qui bellum gerit, acquiruntur* l.captivus ff.de captiv.& postlim reverf. *Si tamen in bello capta nostræ potestati eximuntur, similiter ut feræ captæ nostra esse desinunt* d.§.item ea quæ ex hostibus.

IV.

Inventione acquirimus vel res, quæ nondum in alicujus dominio fuerunt (a) vel res pro derelicto habitas, (b) vel thesaurum (c).

(a) *Pro rebus quæ nondum in alicujus dominio fuerunt habentur*

bentur gemmæ, lapides Margaritæ (*quæ species quomodo invicèm differant de eo consule* l. si non sunt §. fin. ff. de auro & argent. legat. *ubi dicitur, quod gemmæ sint materiæ pellucidæ, & gemmæ quasi geminæ nominentur, quam Etymologiam improbat Laurent. Valla* lib 6. elegant. c. ult.) *aliaq; in maris litore nascentia. Hæc omnia similiter ut mare jure naturali omnibus communia sunt proindeq;, cum in nullius dominio existant, occupanti cedunt* §. item lapilli Instit. de rer. div. (b) *hoc itèm modo acquiruntur res pro derelicto habitæ* §. qua ratione Instit. eod. l. 1. ff. pro derelicto. *Dicuntur autem res pro derelicto habitæ, quas dominus ita abjicit, ut easdem in rebus suis amplius habere noluerit* §. all. *unde illæ res quæ in tempestate à nautis levandæ navis gratiâ ejiciuntur* §. alia sanè fin. Instit. eod. l. 2. in fin. l. 8. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 9. §. alia ff. de acqu. rer. dom. l. 21. §. 1. ff. de acqu. poss. *vel incendij causa projiciuntur* l. 1. ff. de incend. ruin. & nauf. *vel è rheda currenti ignorantibus dominis decidunt* §. all. alia l 43. §. qui alienum ff. de furt. *vel aliàs amittuntur* §. alia Inst. de rer. div. *Cum nō abjiciendi, sed majoris piculi evitādi causâ relinquantur, pro derelictis nō sunt habendæ, hinc non fiunt occupantis, sed legitimo domino sub pœna furti sunt restituēdæ* jurib. all. d. l. falsus creditor §. qui alienum quid & §. proindè ff. de furt. [c] *De jure quoq; Saxonico, rem alienam inveniens, vel à latronibus ac furibus recuperans, vel si domino rei eandem petente, se eam habere negat, vel si non notum facit edicto publico, quod hanc rem alienam secum habeat furtum committit: non tamen ordinariâ pœnâ furti puniri potest in differ. Zob. à Roman. editis part. 2. diff. 61. Sabiniani tamen existimarunt, nautas in naufragiis res ejectas pro derelicto habere, eò quod ex duobus unum eligant, & in ipsam jacturam rei consentiant* l. falsus 43. §. qui alienum cum §. seq. & §. pen. ult. ff. de furt. *id enim necessitate compulsi faciunt nautæ, in necessariis autem nemo liberalitatem exercere præsumatur, & hæc Sabinianorum jā dudum explosa est sententia per contraria responsa* l. qui levandæ 8. l. 2. in fin ff. ad L. Rhod. de

jact. §.

act. §. alia sanè Instit. de rer. div. & constitutionem novam authent. *quo jure novissimo res naufragorum surripientium bonafisco adjudicantur, non obstante contraria consuetudine* auth. navigia C. de furt. *Si tamen nautæ animo rem derelinquendi jactum faciunt, res sic derelictas occupantiū fieri non negamus, sed potius cum Ulp. & Sabinianis* in d. l. falsus §. quod si dominus & §. si jactum ff. de furt. *affirmamus, quæ voluntas nautarum unde elici possit eleganter explicat Conanus* lib. 3. c. 3. *& Menoch.* lib. 5. præsumpt 30. *Illud hic ab interpretibus investigari solet. An inventor ob restitutionem factam præmium exigere possit? Negativa verior videtur* per d. l. falsus §. ergò ff. de furt. *Schneidvv. tamen* in §. fin. Inst. de rer. div. *hanc opinionem limitat, quod inventor pro opera rei conquirendæ causâ adhibita licitò præmium petat, quod Jacob. de Bellovisio* lib. 1. c. 10. n. 54. pract. Criminal. *ampliat dicendo inventorem posse uti retentione donec de interesse satisfiat. De jure Saxon. rem alienam inveniens publico edicto ex cathedra ecclesiæ notificare debet, se hanc rem invenisse. Publico hoc edicto facto si dominus rei intra sex septimanas se sistit, si ejusmodi cum inventore est territorij rem libere ac totaliter recuperat: Si verò extraneus potest inventor tertiam sibi partem præmij loco retinere. Quod si se non sistit intra sex septimanas res illa pro duabus partibus judici istius loci, tertia inventori cedit.* Landr. lib. 2. art. 37 *(c) Tertiò per inventionem, acquiritur thesaurus h. e. antiquitus deposita pecunia cujus non extat memoria, quæ dominum non habet* l. nunquam nuda §. 1. ff. de acq rer. dom. *cujus consectarium eam pecuniam cujus depositorem probabiliter scire possumus, non thesaurum esse, & proindè inventam non inventori cedere, sed deponentis ejusq; hæredum manere* l. nunquam §. si in fin. & l. peregrè ff. de acq. poss *Hinc pecunia inventa in re empta non in modum thesauri; sed E. C. quod à venditoris parentibus ibi deposita sit non ad emptorem, sed venditorem totaliter pertinet* ut est text. form. in l. nunquam §. 1. ff. de acqu. rer. dom. l. peregrè ff. de acqu. poss. l. à tu-

tore

tore ff. de rei vind. vide Alvarot. in c. 1. n. 8. quæ sint regalia in usib. Feudor. *Sunt autem certa requisita quæ intervenire debent, ad id, ut thesaurum inventum quis suum faciat, ad hæc intelligenda sequentes assertiones sunt notandæ.* *1. Si investigatur & invenitur thesaurus magicis, & alijs illicitis, sive in suo sive in alieno loco non inventori sed fisco applicatur* l. unic. in pr. C. de thesauris. *quia rei illicitæ operam dans exindè commodum sperare non debet.* *2. Si invenitur in fundo, vel alio loco proprio fit inventoris* §. thesauros Instit. de rer. div. *idq; ex præscripto Divi Hadriani* d. l. unic. C. de Thesaur. *3. Si invenitur in loco alieno data operâ, cedit totus non inventori; sed loci domino: non enim licitum est in alterius fundo thesaurum inquirere* d. l. un. C. de thesaur. *4. Si invenitur in loco alieno casu & fortuitò dimidius inventori, & dimidius loci domino applicatur, nec refert locus publicus an privatus sit. In privato ergo loco alieno inventus dimidius inventori, dimidius domino illius loci privati applicatur. In loco cæsaris patrimoniali vel publico fiscali invento dimidius inventori, dimidius fisco, Cæsarivè cedit* all. §. thesaurus l. 3. §. penult. ff. de jur. fisci. *Illud quæstionis est in loco sacro vel religioso fortuitò inventus, cui cedat? Hoc enim in punct. d. § penult. l. 3, ff. de jure fisci §. thesauros Instit. de rer. div. & c. unic. quæ sint regal. in usib. feud. discrepantia habemus jura. Nec enim Hotom. Wesemb.* ad §. thesauros Instit. de rer. div. *& Borcholt.* in c. unic. quæ sint regal. in usib. feudor. *sententiam approbare possumus, qui nullam hìc* ἀντινομίαν *dari existimant §. thesauros d. loc. sacr. & religiosis privatis §. si in locis l. 3. ad c. unic. de locis sacris ac religiosis publicis seu fiscalib. interpretantur. Eam ergò horum text. genuinam interpretationem esse existimamus. D. fratres primum ut in loco sacro & religioso casu inventus thesaurus, dimidius fisco Imperatoris cederet voluerunt* d. l. 3. §. penult. *idq; non sine ratione; sed ex illo æquitatis capite, quod loca religiosa fisci imperatorij sint. D. Hadrianus vero naturalem æquitatem secutus in loco sacro & religioso fortuitò in-*

ventum thesaurum totum inventori assignavit. Postea Justinianus Imper. in §. thesauros Instit. de rer. div. non Divor. fratrum ut Duar. in tit. de solut. matrim. column. 1. in fin. & ad tit. de acq. rer. dom. c. 4. & *Donell.* 4. Comm. 14. *existimant, sed D. Hadriani sententiam approbavit, ut rectè sentit Godefrid.* Novell. Leonis 51. *eumq; secutus Fomannus* disp. Inst. 9. th. 8. lit. h. *Deinde Fridericus Imp. repudiata Justiniani & Hadriani sententia D. fratrum opinionem revocavit, & in forum reduxit c. unic. quæ sint regal. in usib. feudor. Verum hisce jurib. omnib. derogatur putant Dd. dum ex notatis in c. 1. de sent. & re judic. ubi traditur: quod loca sacra & religiosa in dominio superioris ecclesiæ esse dicantur, concludunt dimidiam partem thesauri in loco religioso inventi inventori, dimidiam prælato tribuendam esse. Verum hodiè in praxi non attenta hac Dd. opinione sententiam D. fratrum & c. unic. observari, censemus. Illud hîc quoq; quæstionis est. An inventus thesaurus vel pro rei circumstantia ejus dimidietas in fundo cujus dominium divisum, directo an v. utili domino puta vasallo & usufructuario acquiratur? ad dominum directum seu proprietatis talem thesaurum pertinere existimamus* l. divortio §. si fundum in fin. ff. solu. matrim. *Et in hîs quoq; convenit Jus Saxon. cum Jur. Civ.* ut ostendit Wesemb. in not. ad §. Instit. de rer. div. & Heig. in §. 39. Instit. eod. fundam. constit. Elect. 53. p. 2. *non obstante text.* Landrecht/ lib. 1. art. 35. Alle Schätze unter der Erde begraben tieffer denn ein Pflug/ gehören zu der königlichen Gewalt. *Nam licet illud olim sic in usu fuerit, hodiè tamen hic text. de metallicis venis intelligendus est,* ut declarant Dd. præcitati loc. fund. cit. constit. 53.

V.

Traditio est datio possessionis (*a*) eademque fieri potest, vel per ipsum dominum (*b*) vel per ejus mandatarium. (*c*) Requiritur tamen ad eandem ex tantis persona potestas & voluntas (*d*) ex accipientis personâ consensus & apprehen-

prehensio (*e*) rei quæ traditur respectu ut habilis sit ad transferendum (*f*) & sui ipsius (*g*) & causæ propter quam traditur (*h*) ratione.

(a) *posita definitio habetur apud Cujac.* lib. 11. obs. 19. *& desumpta est ex l. 3 ff. Empt. Vend. & l. si rem tradi 28. ff. de V. O. Traditio ergò dicitur hic modus transferendi dominij quasi transdatio.* (b) *fieri autem potest non solum à domino vero* §. per traditionem Instit. de rer. div. l. qua ratione §. hæc quoque ff. de acqu. rer. dom. (c) *Sed & mandatario h. e. eo qui jussu domini rem transfert* §. nihil autem interest cum §. seq. Instit. d. l. all. text. ff. (d) *Modo is qui vel cujus nomine res traditur verus dominus sit* l. nemo plus potest ff. de R. J. & l. traditio 20. ff. de acqu. rer. dom. *vel is qui tradit, tale quasi dominium in rem habeat, ut liberè eam administrare possit (quales tutores & curatores) quod si non habet eam alienare non potest, ut in furioso prodigo, minorenni, pupillo, marito ratione rerum dotalium immobilium æstimatarum perspicuum: vel ex concessione legis quasi dominus factus sit, cujusmodi creditor ratione rei oppignoratæ* (e) *Is verò cui res traditur in traditionem consentiat (in inventum enim nihil transferri potest) & rem traditam apprehendat, quippe quod traditio apprehensionis species sit, & mediante apprehensione perficiatur.* (f) *Requiritur tamen porrò ut in quem transfertur eandem accipere possit, ut res habilis ad transferendum* (g) *Inhabilis enim omnis res alienare prohibita, utpotè res sacra, sancta religiosa* §. nulla Instit. de rer div. *fundus dotalis* t. t. ff. de fund. dotali *& id genus res aliæ* (h) *Ut præcedat titulus seu causa habilis ad translationem dominij (utpotè emptio, venditio, donatio &c.) eamq; ipsa traditio comitetur & quasi sequatur* §. *venditæ verò res Instit. d. loc. nec enim nudis pactis h. e. nudis titulis* l. traditionib. l. servum 27. C. de rei vind. l. nunquam nuda ff. acqu. rer. dom. *dominio rerum transferuntur. Illud non immeritò quæritur an error in causa dominij translationem impediat? Neg.* per l. cum 36. ff. de acqu. rer, dom. l. in traditionib.

 48. ff.

48.ff.de pact.l.hominem ff.pro suo. Donell. 4. Comm.18. Diss. variè Od. per l.si ego 19.ff.de reb.credit.& l.35.ff.d.O.& A. quos sequitur Alciat.5.parerg.c.15.Conn.3.Comm.Responsionem vid.apud Donell.d.loc.& apud Setserum d.disp.th.fin.Pac.cent.4.q.63.

VI.

Traditio vel est vera vel ficta,(a) Vera dicitur quando de manu in manum res traditur (b) ficta vocatur quando jus fingit traditionem intervenisse (c).

(a) *Schneiddvv. & alij ita distinguunt traditionem fund.l. non statim ff.de peculio* (b) *& prioris descriptionem habemus in §. per traditionem sub verbi tradi potest.Et à domino tradita alienantur,eaq; locum habet in solis rebus corporalibus tàm mobilibus* d.§. per traditionem.*tam immobilib.*l.1.§.penult.ff.de acq.poss. (c) *posterioris v.delineationis varia exempla habentur §. interdũ cum §.seq. Inst.d.loc.. Eaq; in tantum porrigitur,ut per incertam voluntatem non certa personã constitutã in quam rem volumus transferre etiam fieri possit* §.hoc amplius all loc. *& non solum in corporalibus rebus, sed & in incorporalibus locum habeat,cum in ijs patientia possessoris pro traditione habeatur* l.2. ff.de serv. *quam ad fictam traditionem sufficere exempla in all.§§.posita abundè declarant.Sufficit ergò hic fictio juris, nec reali traditione ad transferendum dominium opus est.E.g.quando rem tibi commodavi,aut locavi postea tibi eundem dono tunc non opus est,eam tibi tradam,sed sufficit patiar rem tuam esse* §.all.interdum. *Sic quando tibi merces in horreo vendo,non est opus ut ipsas merces tradam; sed traditio fictè per clavium dationem fieri potest* §.item si quis *modo venditio donatio vel alius titulus praecesserit* l.clavibus ff.de contrah.empt. *Citra legitimum titulum enim praecedentem claves non rei tradendae & transferendae,sed custodiae saltem causâ datae censentur* l.cum pater pluribus ff. de Leg.2.*Illud hic non immeritò incidenter quaeritur an de jure Saxon.in emptionib.& venditionibus ad translationem dominii traditio*

ditio seu cessio judicialis requiratur; an verò qualiscunque extraju dicialis traditio sufficiat? discrepant hic interpretes Rauchbar. p. 2. qu. 6. n. 41. *& Coler.* decis. 16. n. 3. & seq. *putantes cessionem sive resignationem & abdicationem* Aufflassung vnd Verzich *singularem judicialem requiri. Heigius* v. p. 2. qu. 18. n. 18. *existimat eam non de necessitate desiderari* per gloss. ad art. 9. lib. 1. Landrecht. *Heigij sententiæ subscribimus.*

VII.

Confusionem seu commixtionem dicimus quando duæ materiæ, seu corpora diversorum dominorum ita cõmiscentur & confunduntur, ut tamen unam novam speciem diversam unum novum corpus non constituant (*a*) Hoc si voluntate & consensu dominorum factum, res confusa est dividenda: (*b*) si verò casu, aut altero dominorum volente, altero invito factum (*c*) tunc similiter siquidem res confusæ congerie, & ita ut separari possint, unitæ, quilibet rem suam vindicare potest (*d*) sin verò continuitate extremorum, & ita ut separari nequeant unitæ, itidem divisio rerum sic commixtarum est instituenda (*e*). De confusione.

(a) *id enim quandò unum novum corpus constituitur specificatio dicitur: quia diversa & alia species producitur & quidem si hæc confusio voluntate dominorum fit, res erit dividenda, nec attendendum cujuscunque generis & materiæ res confusæ fuerint* §. si duorum cum seq. Inst. de rer. div. l. 5. in pr. ff. de comm. divid. l. 7. ff. de acqu. rer. dom. *habetque hoc casu, quià consensu & voluntate dominorum res instar mutuæ traditionis communes factæ sunt* §. si quod. Instit. de rer. div: *contra eum qui rem ita confusam solus vult retinere actio comm. divid. locum* l. quidem Pomponius in fin. in pr. ff. de rei vind. *Divisio tamen non pro dimidiâ parte secundum proportionem arithmeticam; sed pro rata ejus, quod quisquis contulit, habita ratione & quantitatis & qualitatis secundum proportionem Geometricam*

tricam est instituenda (c) *Si verè vel altero ex dominis invito & nolente vel casu ac fortuitò commixtio facta* (d) *tum quod casus fortuiti nemini imputari possint* l. contractus ff. de R. J. *quilibet rem suam vindicare potest, habetq; contra eum, qui rem totam vult retinere actionem in rem* l. 3. l. 5. l. 23. in pr. ff. de rei vendic. *quâ intentâ judex litem dirimere debet ex aequo, & ita ut quilibet tantum & tale consequatur, quantum & quale prius habuit, & si hoc esse non potest, ut damno passo à commodum percipiente recompensatio fiat* all §. quod si in fin. & §. 2. Inst. de off. judic. *modò res talis sit, ut separari possit, cujus generis plerunq; res siccae quas congerie unum per commixtionem fieri in positione diximus* (e) *hac enim qualitate deficiente, reque ejusmodi existente, ut continuitate extremorum una fiat (quod in liquidis accidit corporib.) ita ut vel difficulter vel omninò non segregari possit* leg. 5. in prin. ff. de rei vendic. l. adeò 7. § sed & si 9. l. quicquid 27. ff. de acqu. rer dom. *communis fit habetq; actio de comm. divid. locum* §. *all. 5. si duorum Instit. non est inserenda particula NON & legendum: non idem juris ut existimat Hottom. lib. 7. obs. 12. Non obst. l. idem 5* §. *idem 1. ff. de rei vindic. item* §. *cum ex aliena Instit. de rer. div. hi enim text. loquuntur de specificatione. Non obstat etiam l. si alieni 78 ff. solut. nam cum hic per solutionem meum acceperim traditione facta debitoris dominium in mea pecunia numerata interiit. Donell. 4. Comm. 30.*

VIII.

De Specificatione. Specificatio dicitur quando ex materia, una, vel materijs diversis nova species efficitur (*a*) & in hoc acquisitionis modo (*b*) si partim ex mea, partim ex aliena materia speciem feci novam, eandem mea manet (*c*) sivero ex aliena solummodò materia speciem facio, siquidem ad priorem & rudem materiam reduci potest, ejus erit species facta cujus materia fuit (*d*) sin verò non reduci potest ad primam materiam ejus erit species qui operam in ea efficiēda praestitit. (*e*)

(a) *Id*

(a) *Id enim quando unum novum corpus diuersum una nova species diuersa non constituitur confusio seu commixtio dicitur.* (b) *Grauis circa specificationem inter Sabini & Proculi Jctorum assecelas dissensio fuit: Sabiniani enim existimarunt eiq esse speciem qui materiæ dominq fuit eo quod id quod ex meo fit meum efficiatur* l. d. eo §. quis ex vui. ff. ad exhibend. *& id quod nostrum est, sive facto nostro nobis adimi haud possit* l. id quod nostrum 11. ff. de R. J. *Proculiani verò putarunt, eum factæ species, cum antea in nullius bonis fuerit occupanti cedat per regulam quæ in §. feræ Instit. de rer div. traditur.* (c) *Cujus J C.* in l. adeò §. cum quis ff. de acqu. rer. dom. *& eum secutus Justianus* in §. cum ex aliena Inst. d. rer. div. *hanc disceptationem sustulit, & constituit, ut si partim ex aliena partim ex nostra materia novam speciem faciamus eadem nostra maneat: cum non solum operam nostram præstiterimus; sed & partem materiæ dederimus* (d) *Si verò ex purè & simpliciter aliena materia speciem novam facimus, ut eo casu, si ad formam priorem reduci non possit, ejus res maneat cujus materia fuit* §. cum ex aliena Instit. de rer. div. l. 7. §. cum quis l. sed fit 26. ff. de acqu. rer. dom. (e) *Si verò non ita aboleri possit formâ assumptâ ut pristina rursus inducatur, ut tunc effecta species specificanti cedat, eò quod tunc materia deperdita censeatur* d. loc. *Nec obstat l. all. adeo ubi dicitur, id quod ex meo fit, meum est: ea enim tum demum locum habet, si vel egomet ipsi ipse rem feci, vel alius meo nomine, vel me mandante, vel ratificante,* ut notant interpretes ad hanc l. *Requiritur tamen ad id, ut specificans speciem effectam suam faciat, bona fides: nam malâ fide ex aliena materia, quid efficiens, non fit eius dominus* d. l. adeo § cum quis 7. ff. de rer. dom. *sed operam suam materiæ, domino, donare videtur* arg. l. cujus per errorem ff. de R. J. l. adeò 7. §. ex diverso 12. ff. d. t. *Nec adversatur, quod Justinianus* in §. cum ex aliena *& Cajus* d. l. adeò §. cum quis *non distinguant expresse inter malam & bonam fidem, eam enim distinctionem habet Paulus tacitè in vocab.* SUO NOMINE, *quam nec Justinia-*

stinianum repudiasse indè verisimile est quod Caij in d. l. adeo mediam viam sequentis opinionem approbet & sequatur. Nec huic nostræ assertioni obstat id, quod nemo cum alterius damno locupletari debeat c. locupletari d. R. J. in 6. l. planè 38. ff. de hæred. petit. l. jure naturæ 206. ff. d. R. J. *Domino enim materiæ datur actio in factum contra specificantem ad materiæ æstimationem consequendam. Diss. Conn.* lib 3. c. 6, n. 3 *& addit, quod etiam tum quando species plus materiæ quam artis habet, licet ad pristinam formam reduci haud possit, ei res facta sit adjudicanda, cujus fuit materia, quam opinionem doctè refutat Arum.* ex Instit. 4. th. 15. *& positas distinctiones declarat Imperator multis exemplis* in §. cum ex aliena Instit. de rer. div. *Circa quæ tamen notandum id exemplum, quod de frumento ex spicis excusso ibi ponitur, huc non quadrare, sed ex Caij institutionibus à compilatoribus Instit. Justinianarum perperàm exscriptum esse, non facto respectu ad posteriora verba Caij, quæ sunt hujus exempli correctoria, ut satis apparet ex l. 7. § cum quis 7. vers. videntur tamen. ff. de acqu. rer. dom. ut deducit Hottom. & Anton. Matthæus* ad d. §. cum ex aliena. *Fomannus vult Tribonianum excusare* disp. 9. th. 15. m. g. *& adducit Imperatorum solummodò exempla in quibus quid ad priorem materiam reduci nequit, referre, nec strictè concludere frumentum esse excutientis. Sed text. verba huic conciliationi reclamant. Illud hic quæritur rectè coronidis loco, an in navi idem obtineat quod in alijs speciebus & navis quoq; illius qui eam confecit efficiatur? Affirm. cum Baldo* ad §. cum ex aliena Instit. de rer. div. *Donell.* 4. comm. 6. n. 2. *Hottom.* ad d. §. cum ex aliena *Antonio Fabro* 6. comm. 15. *per l. 61. ff. de rei vindic.*

IX.

De accessione naturali.

Accessioni naturali nobis acquiruntur ea, quæ ipsâ naturâ operante rebus nostris accedunt, vel ex rebus nostris proficiscuntur (a) Et hujusmodi accessionis species præcipuæ, ad quas aliæ referri possunt, sex sunt, scilicet alluvio

luvio (*b*) insula in flumine nata partus ancillarum (*f*) fructus spontè provenientes fundi (*g*) vel nostri aut quoad plenum (*h*) aut quoad utile (*i*) dominium vel alieni bona fide à nobis possessi (*k*).

(a) *Vidimus hactenus accessionis latissimè sumptæ species duas priores, jam consequens est, ut propriè dictam accessionem videamus, quâ id quod rei accedit nostræ vel ex nostra re proficiscitur nostrum efficitur juxta vulgatam regulam : accessorium sequitur naturalem sui principalis* l.cum principalis 178.ff.d.R.I.c.accessorium de R.I.in 6.*Harum una quidem principalis rectè naturalis vocatur, ideò quod maximè naturâ operante perficiatur.* fund.§.insula cum trib.seq.& §.si qs cum duo.seqq.§§.Instit.de rer.div.(b) *huius prima species alluvio (quæ nihil aliud quam incrementum latens) eam terræ portionem, quæ à flumine latenter & sensim nostro fundo adjicitur nobis acquirit* §.præterea Instit.d.rer.div.l.adeò 7.§.1.l.in agris 16 ff de acqu.rer.dom.l.1.C.de alluv.*modo agri quibus portio adjicitur sint arcifinei seu occupatorij* d.l.16.l.1.§.6.ff.de fluminib.*qui quales declarat Con.in.lib.3.c.5 n.4.& seq.in limitatis enim h.e.certis limitibus distinctis agris jus alluvionis locum non habet* d.l.16.ff.d.acqu.rer.dom.*Diss.Conn.*3.comm.5.n.4.*vid.Donell.*4.comm.26.& 27 c.*& Baptistam Emium* lib 1.d.alluv.c.17.*Illud hìc non immeritò quæritur an ad usufructuarium, Emphyteutam & vasallum jus alluvionis quoq; pertineat? Affirm, defendemus per l.item 9.§.huic ff.de Usufr.l.si fundus 16 in pr.ff.de pignorib.& ea quæ habet Schraderus* d.feud.p.5.c.6.n.26.*& Heig* p 2.q.ult.*Ea v.terræ portio, quæ repentino motu, & ita ut animadverti possit, non paulatim & latenter fundo nostro adijcitur non efficitur nostra, sed à suo domino antequam coaluat, quovis tempore vindicare potest* §.quod si vis Inst.d.lo.l.adeò §.1.ff.de acqu.rer.dom.*Si tamen tàm diù negligentiâ suâ à domino non vidicatur donec coaluat, per hanc consolidationem, & quasi fundo nostro agglutinationem nostra efficitur* all.§.& all.l.adeò l.9 §.

Alfenus 2.ff.de damno infect. *quod & in arboribus obtinet,quæ ad fundum nostrum vi fluminis adactæ antequàm radices agant à suo domino vindicari possunt: postquam verò radices egerunt, nostræ efficiuntur* d.l.9.§.Alfenus 2.ff.de dam.infect.l.sed si 26.§. 2.ff. de acqu.rer.dom l.idem Pomponius §.5.ff.d.rei vindic.(c) *Insulam h. e. terram in salo seu mari (indè enim nomen habet, quod maximè in mari sita sit) quod attinet hac in mari nata (nobis enim de insulis quæ semper fuerunt cujus generis Corsica, Creta & similes sermo non est) similiter ut mare nullius est in bonis* arg. §. & quidem Instit. de rer. div. *& proinde occupanti cedit* §.Insul. Instit.d.loc.adeò 7.§.3.ff. de acq rer.dom. *ei qui animo eo eam ingreditur ut eandem occupet,nec hoc casu necesse est singulas terræ glebas apprehendat* l.,.ff.de acqu.rer.dom. *Iurisdictionem tamen in Insula sic occupatæ is retinet cujus est provinciæ* arg. l. insulæ 9.ff.de judic. Vult ad §. Insula 22. Instit. d.. rer.. div. *Nata verò in flumine medio,eorum est communis quorum fundi flumen attingunt modò fundi artificinij non limitati sint* l. 1. §.insula ff.de flum.§.insula 22. Instit de rer div. *eo quod alveus,quatenus non tegitur flumine privatus sit, & ad proximè accolentium dominium pertineat* l.ergo 30.§.1.& 2.ff. d.acqu. rer. dom. *Cuivis tamen proportione quâ ipsius fundi flumen attingit* all. §. insula all. l. adeo §. insula & l. inter eos ff. de acqu. rer. dom. *acquiritur.Cum quo convenit Jus Saxon.*art.56.lib.2.Landr. *Et deniq; si ripæ proprior est quam fluminis medietati, eorum quorum fundi proximius adjacent* all.textib.*Et hæc acquisitio insulæ de quâ hic loquimur intelligenda est,tam te proprietate,tam de usu* l.adeo §3.l.inter 29.ff.de acq.rer.dô.Don.4.Com.11. *Disp. Cuj.*14.obs.11 *per l.pen.§. ult.ff.de acq.rer.dom.Resp.vid.apud Pac.* cent.quart.qu.93.*Si n flumen sinuosè trâscurrere incipit,ita ut superius dividatur, & inferius rursus uniatur ac ita ex agro alicujus insulam efficit,ea insula sic effecta ejus manet,cujus ager anteà fuit* §.insula & §.all.adeò§. quod si d.art.56. Landrecht. *Similiter requiritur Insula flumius alveo jam firmiter agglu-*

agglutinata ut sit: Si enim nondum aln...baret; sed solummodò virgultis aliâq, materiâ in ipso flumine sustinetur publica est, nec ad pr. vato.um dom.nia pertinet, eo quod flumina in se publici juris sint l. penuit. f. qua ff. de acqu. rer. dom. (d) *Ut autem insula, sic & alveus derelictus h. e. fossa per quam flumen dilabitur seu venter fluminis, eorum efficitur, qui propè ripam prædia arcifinia & occupatoria h. e. prædia non limitata possident. estq. hoc casu pro quantitate prædij, quantitas alvei derelicti cuivis assignanda* §. quod si naturali Instit. d. rer. div. l. 1 §. 1. ff. de fluminib. l. adeò 7. § 5. l ergò §. 1. ff d. acqu. rer. dom *licet quam diu alveus flumini inservit juris publici sit, in tantum ut & ager privatus non modo per alveum f. ctum publicus fiat, non quidem proprietate, sed usu* l. adeò 7. §. 5 *eo quod flumen publicum sit non quod ad proprietatem, sed quo ad usum, ut deducit Vult.* in tit. Instit. d. rer. div. n. 24. in pr. *ex l. 1. in pr. ff. d. interdict. & l. fluminum ff. d. damn. infect. Sed & flumine alveum longo intervallo post delinquente, non prioris domini rursus efficiatur, sed iis qui prædia propè ripam possident, cedit* all. §. quod si naturali & all. l. adeò. *Diversa tamen ratio est in inundato agro: Secedente enim aquâ, ager is iis rursus cedit, quorum antea fuit* §. alia sanè Instit. d. loc. l. 30. § alluvio ff. de acqu. rer. dom. Cui non obst. l. Attius 38. ff. eod. loquitur enim de mutatione alvei l. 23. l. 24. ff. quib. modis usufr. amitt. *quod & tùm obtinet, si alveus à flumine noviter factus, repentè ex siccetur, & à flumine destituatur* l. adeo 7. §. quod si & §. aliud sanè l. ergò §. alluvio ff. de acqu. rer dom. Donell 4. Comm. 28. Baptista Æmilius d. jure alluvij 1. §. 1. n. 2. & seq. c. 11. Diff. Conn. 2. comm. §. contrariorum argum. dissolutionem vid. apud Pac. cent. 1. ἐναντ. quæst. 88. (e) *Quartò fœtus ex animalibus nostris proveniens non solum ijs quorum plenum; sed & ijs quorum utile saltem habemus dominium, nobis cedit* §. item ea Instit. d. loc. l. 6. ff. de acqu. rer. dom. & l. 5. §. 2. ff. de rei vind. ubi JC inquit: Si equam tuam equus meus prægnantem fecerit, non esse tuum; sed meum quod natum est, *quod ipsum ex usufructuario manifestum est, cui cedit licet utile saltem dominium ha-*

 beat

beat §. in pecudum Inst. t. d. l. (f) *partus ancillarum quoq; similiter nobis cedit eo quod partus ventrem* per l. 5. §. 2. ff. de rei vind. & arg. l. naturæ 24. ff. de stat. hom. *& consequenter ventris dominum* arg. d. l. 5. §. 2. *sequitur, nisi quod in hoc illud peculiare sit, quod usufructu ancillæ legato aut aliter concesso, non usufructuario, sed proprietario domino acquiratur, eo quod homo ob suam excellentiam non sit in fructu* d. §. in pecudum & l. 68. ff. de usufruct. *Obstare videtur* l. 10. l. Falcidia 24. ff. ad L. Falcid. & l. Paulus respondit 4. ff. d. usuris. *Resp. vid. apud Foman.* disp. ult. 9. th. 22. *& Cras.* 5 miscell c. 8. (g) *Deniq; fructus fundi quod attinet hi sunt aut naturales aut industriales* l. fructus in pecudum l. qui si §. in alieno ff. d. usur. *& ex his naturales & sponte provenientes (de his enim hic in fructificatione nobis solummodo sermo est) ut soli accessorium possessori cedunt certa tamen cum distinctione.* (h) *Si enim fundus totaliter pleni dominii jure, noster est totaliter & indistinctim efficiuntur nostri* arg. §. all. item ea. *Idq; ea ex ratione, quod nihil tam naturale sit, quam id quod ex re nostra provenit, nostrum fiat.* (i) *Si verò saltem quo ad usumfructum, vel colonorum jure, aliovè utili dominii titulo noster est, isto jure per mortem usufructuarij vel coloni finito. percepti, h. e. à solo separati & in horreum reconditi, nostri statem efficiuntur, pendentes & separati in horreum non dum reconditi non similiter; sed eidem proprietario domino cedunt* leg. si fructuarius messem leg. si apes 26. l. servus 61. § locavi ff. d. furt. §. is verò Instit d. rer. divis. *in quo vocabulum fere non exterminandum putamus* per. l. 34. §. ult. ff. Locati leg. viam 10 C. de locat. *Idq; propterea, quod fructus pendentes pars soli esse censeantur* l. fructus ff. d. rei vindic. *morte autem usufructuarii, jus quod in solo fundi istius habuit ut personale extinguatur* §. fin. Insti. d. usufr. *Diss. Cujac.* in notis Instit. post. *& putat deberi hæredi fructuarii fructus pro rata temporis, quo consistit usufructus* per l. 5. §. 4. ff. si ususfruct. pet. & l. 32. & penult. ff. de usufruct. legat. *quam opinionem Cujac. refutat. Hartm.* lib. 1. quæst. 24. n. 17. (k) *Quod si fundum alienum ut nostrum bona fide h. e. non aliter quam ut noster sit, scientes & existimantes possidemus, quam diu in bona fide sumus*

omnes in provenientes fructus naturales l. bonæ fidei 48. l. qui scit § 1. l. in pecudum. 28. ff. d. usur. §. si quis Instit. de rer. div. *nostros efficimq.* *Quod si alter verus dominus nondum fundo præscripto (si enim præscriptus est, vindicatio non habet locum) eum vindicat, nosq. ita malæ fidei possessores esse incipimus, tunc dominus fundi suos facit naturales fructus pendentes, ex eo quod pars fundi esse censeantur* l. fructus 44. ff. de rei vindic. *& omnes tam extantes tam consumptos, qui post malam fidem supervenientem, vel percepti sunt, vel percipi potuerunt* l. in fin. C. de petit. hæred. l. certum 22. C. d. rei vind. *Ut etsi bonæ fidei possessor non habet titulum suæ possessionis, h. e. quando quidem illum suum fundum esse certò statuit, quo titulo autem an ex emptione, an donatione, ipse vel sui antecessores eundem acceperint, ignorat, ante malam fidem perceptos h. e. quoquo modo solo remotos, licet in horreum non dum reconditi fuerint* l. 13. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. bonæ fidei ff. de acqu. rer. dom. l. qui scit § 1. ff. d. Usur. *tam consumptos ex quibus bonæ fidei possessor factus est locupletior* Didac. Covar. 1. resol. c. 3. per l. sed si §. consuluit ff. d. hæred. petit. ex quo ex quo text. interpretationem l. Nesennius §. fundum ff. d. re judic. desumendam, putamus cum Foman. disp. Inst. th. 21. lit. c. Diff. Fach. 1 contr. 58 ita ut eorum æstimationem bonæ fidei possessor præstare teneatur, l. si me & Titium ff si certum petat per § fundum l. Nesennius ff. d re judic. l 5. & nte ff. d reb. credit. l. idem ff. de condict. indeb. *quam extantes* l. fructus & fundi d l bonæ fidei d. l. qui scit l. in pecudum ff. d. Usur. *Bonæ fidei, verò possessor, hoc casu solos fructus perceptos h. e. agro remotos, licet in horreum nondum reconditi fuerint* arg mod. adduct L. L. *Siquidem suæ possessionis titulum habet h. e. si scit quo jure ipse & antecessores sui hunc fundum possideant, omnes tam extantes, quam consumptos* §. si qui Instit. d. rer. div. l. bonæ fidei ff. d. acqu. rer. dom. *Sin v. titulũ non habet, solos cõsumptos ex quibus non factus est locupletior* arg. all. l. sed si §. consuluit ff. de hæred. petit. capi. *suos facit. Malæ fidei possessorem quod attinet, is è fructibus naturalibus, nec perceptos sive extent, sive consumpti sint, nec percipiendos*

 suos

suos facit, sed omnes sive indè locupletior factus sit sive non fundi domino restituere tenetur, l. si navis §. fin. l. l. uctus ff. d. rei vind. & § all. si quis & l. 25. in fin ff. d. usur. *Et ejusmodi fructus à malæ fidei possessore repeti possunt si quidam extant rei vindicatione: sin v. consumpti condict. sine causa* l. malâ fide C. de Condict. ex lege.

X.

De accessione industri. Accessione industriali nobis acquiruntur ea, quæ non naturâ; sed industria & labore humano è rebus nostris proveniunt (a) quod ipsum fit, vel rem rei, vel rem solo conjungendo (b) Hoc contingit aut plantatione & satione (c) aut in ædificatione (d) illud aut intextione (e) aut picturâ (f) aut scripturâ (g).

(a) arg. §. si tamen alienam & § cum in suo solo cum §§. 5. seqq. Inst. d. rer. div. (b) *ita distinguit elegantissimè Foman.* disp. 9. th. 16. & 24. *Et quidem in ea accessione, quâ res solo conjungitur, hæc unica observatur regula: quod res semper solo cedat. In eâ verò accessione quâ res rei conjungitur distinguendum an res quæ rei conjungitur illius rei cui conjungitur pars formalis fiat, annon? Priori casu ei ceditur rei, quæ novæ formæ introducendæ causa fuit principalis: Posteriori casu res conjuncta simpliciter ei rei cedit, cui conjungitur, ut elegantissimè decidit Gœdd.* ad l. Labeo 14. n. 11. ff. d. V. S. *& eum secutus Foman.* d. disp. 9. th. 24. & 25. (c) *Plantata* §. si Titius l. adeò § ult. ff. d. acqu. rer. dom. l. 1. & 3. ff. d. rei vind. *Sata* §. qua ratione Inst. d rer. div. l. qui scit 25. ff. de Usur. l. 19. in pr. ff. d. acqu. rer. dom. *solo cedunt, & proindè si nos alienam plantam in nostrum fundum ponimus, alienumque semen nostro fundo inserimus, vel si alter quispiam plantam suum semen, nostro fundo inserit, sic implantata, insita, nobis acquiruntur modò radices egerint; antequam enim radices egerint à suo domino vindicari possunt: radices enim sunt quasi gluten, quo planta vel arbor solo agglutinatur. Si ergo in nostro fundo arbor alterius à nobis bonâ fide insita fuerit, dominum priorem amittit & nostra*

nostra efficitur l.adeò 7.§.ult.ff.d.acq rer.dom.l.1.&3.ff.de rei vindic. *in tantum ut rursus eruta ad priorem dominum non revertatur* l. sed si §.arbor.ff.d.acqu.rer.dom. *Nec obstat* l.idem § d.arbore ff.d.rei vindic.*Iste enim text priori domino utilem solummodò tribuit actionem,non directam,& sic eum non constituit dominum, ut respondet Delrio* ad d.l.idem. *Undè & si vicini arbor in confinio posita in meo fundo ità radices egit ut à terrâ mea alatur, mea efficitur, adeò ut fructus ejusdem inter nos sint dividendi, modò ab initio ubi cœpit vitalis esse utriusq; fundi terram presserit* §.si Titius Instit.de rer.div. d.l.adeò: *Ea enim arbor,quæ non est posita in fine,licet in utroq; fundo radices egerit communis non est* l.6.in fin.ff.arbor.furt.cæsar. *Sed ego fructus indè in alienum decidentes fundum,etiam demum post tertium diem colligere possum* l.unic ff.d.gland.legend. *Jus tamen Saxonicum de tali quoq; arbore non communi decidentes fructus non arboris, sed fundi in quem cadunt domino* l.2.art.52. Landrecht Weichbild art.157.*imò eos fructus quos quis ex ramis arboris vicinæ in suum fundum dependent,ib.decerpere potest, domino fundi in quem rami dependent, adjudicat* d. art. Landr ubi text. inquit flicht sich der Hopffe vmb einen Zaun/wer die Wurtzel inn dem Hofe hat/der ziehe den Hopffen/was jhm folget das ist sein/ was aber nicht folget/das bleibt deß Nachbarn.*Et quod magis est jus Saxon.domino fundi confinis arboris propendentes ramos succidere concedit* Weichbild art.126.& 127.*Hisce casibus tamen datur ei, cui semen & planta fuit si vel nos,vel ille ipse bona fide h.e.nescientes fundum alienum esse,consevimus fundum, vel eidem quid implantavimus,contra dominum sata ac implantata retinere volentem,si non impensas,& æstimationem seminis ac plantæ præstat, exceptio doli* l.48.ff.de rei vindic. *Etsi enim non seminis,sed soli jure fructus percipiuntur* l.qua ratione 9.ff.d.acqu.rer. dom. d.l. qui scit. *dominus tamen fundi obligatur ad restitutionem impensarum* per l.planè 38.ff.de petit.hæred.*vel fructuum dationem* l.14.ff.d. condict.

indeb.

indeb *De jure Saxon. seminans non recuperat impensas* Landrecht lib. 2. art. 46. *Si v. nos malâ fide rem alienam nostro fundo inseruimus, implantavimus, dantur domino rei contra nos quatuor actiones scilicet ad exhibendum. rei vindic. conduct. furt. actio furti.* arg. verborum: sicut is qui alieno solo ædificavit §. all quâ ratione, per ea quæ adducit Schneidvv. ad §. in suo solo Instit. de rer. div. n. 6. *E diverso verò si malâ fide h. e. sciens fundum suum non esse fundo suo quid inserit implantat, amittit rem insitam implantatam* arg. l. cujus per errorem ff. d. R. J. *Et ea, quæ de satione & implantatione hactenus adduximus non solum procedunt in eo fundo, qui plenario dominio jure ad nos pertinet, sed & in usufructuario & eo fundo quem cum alienus sit, ut nostrum bonâ fide possidemus. Nam fundum plenarij dominij jure ad nos pertinentem quod attinet, ut naturales sic & industriales fructus rerum vel nostrâ vel alienâ industriâ fundo nostro implantatarum insitarum nostri efficiuntur, secundum illam regul. nihil tàm naturale est, quàm ut id, quod ex re nostra provenit, nostrum efficiatur. Idē juris est in fundo usufructuario: usufructuarius n. ut naturales, sic & omnes fructus (sive ex re sua industria sive ex re alterius industriâ plantata. sata solo cedunt) suos facit, cum distinctione tamen illâ, quæ de naturalibus fructibus præcedenti positione à nobis tradita* per generalia verba §. is v. Instit. de rer div. *Similiter & qui alienum fundum ut suum nondum præscriptum bona fide possidet: domino v. præscriptionem interrumpente, non tantum naturales (secundum in præcedenti positione traditam distinctionem) sed & industriales fructus, ex re suâ sive alienâ industriâ plantata, sata per regulam (sata plantata solo cedunt) perceptos tàm consumptos quam extantes, sive cum sive sine titulo possideat* § si quis Instit. d. rer. div l. 48. ff. d. acqu. rer dom. l. 45. in fin. ff d. usur. *inspectâ scil. naturali æquitate (de rigore juris enim solos consumptos suos facit, extantesq; per verum dominum officio judicis uindicari possunt* per l. certum C. de rei vindic.) *pendentes v. non æquè suos facit, quia pars*

fundi

fundi censentur, Jus Sax. hæc omnia duob. axiomatibus determinat, quorum primum ita se habet: colens fundum alienum bonâ fide lucratur fructus, malâ fide, & fructus & operam perdit gl. Landrecht lib.1.art.46. *Secundum verò hoc modo* Was die Ege bestrichen / vnnd die Häcke bedeckt hat / das folget dem Erbe des Fruchtgnissers. Landrecht lib.2.art.58.& lib.3.art.76.(d) *Inædificationem quod attinet, hæc soli dominum ædificij ac materiæ per ædificationem consumptæ quoq; dominum facit 1. Sive quis ædificet in suo solo ex materia sua* per d.l.d.eo §.si quis ff.ad exhibend. *2. Sive ædificet in suo de aliena materia* §.cum in suo Inst.d.rer div l. 1. & 2.ff. d.superficiebus l.2.C.d.rei vindic. *3. Sive ædificet in alieno solo de sua materiâ* l.planè ff.d.pet.hæred.§.ex diverso d.loc. *4. Sive quis ædificet de aliena materiâ in solo alieno* l.2.C.d.rei vind. *Illud hic non immeritò quæritur, an supra alterius parietem exstructum ædificium domino parietis acquiratur? affirmativam defendemus cum Harp.* disp.12 th.1. *in notis. Obstare videtur §.cum in suo Inst. d.rer. div. Resp. illud ædificium solo per parietem cohæret. Obst. videtur etiam l. quemadmodum 29.§.1.ff. ad L. Aquil. Resp. 1. Projectum ita provehitur, ut nusquam requiescat* l.malum 242.§.1.ff.d.V.S. *Proindeq; solo mediante pariete conjunctum haud rectè dicitur. 2. Illud fieri propter naturam servitutis. Projectum n. habere, quædam servitutis species est. Coras.* ad tit.ff.d.dam.infect. *Ad id tamen ut soli vel parietis dominus ædificij superexstructi dominium nanciscatur requiritur 1. ut solum sit privatum* d.§.cum in suo Inst.t.d.rer.div. *In solo n. publico vel omnib. communi non ædificium solo, sed solum ædificio cedit* l.in tantum 6.in pr.ff.d.rer div.l.quod in litore 14. ff.d acqu.rer.dom. *2. requiritur ut res inædificata immobilis sit* l.7.§.cùm in suo ff.d.acqu rer.dom. *In re mobili n. non procedit acquisitio per inædificationem* l.Titius 60.ff.eod. *Hæc duo si adfuerint dominus soli, in tantum ædificij dominus efficitur, ut aliena materia ædificio juncta nec per rei vindicationem nec per actionem ad exhibendum repeti possit* l.23.§.penult.l.Julianus 37.ff.d.rei vindic. §.all.cum in suo l. 7.§. 10.ff.

o.ff.d.acqu.rer.dom.*propter probibitionem L.12.Tab.quæ ne aspe-ctus urbis depositis ædificiis deformetur* l.2.C.d.ædific.privat. *tignum h.e.quamcunq; rem quæ structura ædificii accessit* l.7.in pr.ff ad exhibend,§.cum in suo Inst.d.rer.div.l.1.ff.d.tign.junct.l.tigni ff.de V.S.) *eximere vetat* all.§.cum in suo l.1.ff.d.tign.junct. *Non tamen eo ipso dominus esse desinit* all.§.cum in suo l.eum qui 23.ff.de usurp l. in rem 23.in pr.ff.de rei vindic.*Secundò enim casu,si ædificans est bonæ fidei possessor materiæ dominus existente ædificio habet actionem in factũ prætoriam in simplum* d l.in rem actio§ dicit ff.d.rei vind l. 98.in fin. ff d.solut. *& actionem de tign.juncto,ad duplam materiæ æstimationem consequendam* all.§.cum in suo l.1.ff.d.tign.junct.*& diruto ædificio,si non duplum est consecutus,rei vindicationem & actionem ad exhibendum* all.§.cum in suo d.l.7.§.10.in pr.d.l.1.& 2.ff.de tign.junct. *Sin v.malæ fidei possessor materiæ,ædificans dominus materiæ habet contra eum actionem d.tign.junct.ad interesse in duplum* l.in rem actio §.tignum ff.d.rei vindic.l.3.§.sciendum ff.ad exhib. *ac præter hasce actiones condictionem furtivam,si is à malæ fidei possessore emit,& actionem furti si ipse ædificans materiam illam subtraxit* secund.gloss.ad L.1.ff.d.tign.junct. *Tertio casu v. dominus materiæ,si vel ipse à vero domino possidet solum,vel si bona fide h.e.inscius ex sua materia in solo alieno ædificat,In ædificii possessione constitutus,* fundam.l.si in arca 33.ff.d.condict.iudebiti l.48.sumptus ff.d.rei vind. *à domino soli impensas & æstimationem materiæ retentione ædificii* l.in fundo 38.ff.d.rei vindic.*recuperare,eumq; si hoc interesse recusat, ab acquisitione ædificii per exceptionem doli removere potest* §.all.ex diverso l.14.ff.de Except.doli.*In ædificii v.possessione non constitutus, si per errorem sine deductione expensarum fundum Æ ædificium restituit,non,nisi imploratione judicis suum consequi poterit ut sentit Foman,*d.disp.9.th.17.lit.C.*fund.praall.l.si in arca.Non obstat l. qui except.40.§.si pars ff.de condict.indeb.& l.hæres 21.ff.ad Trebell. Loquuntur n.de eo casu quando inter solventem,& accipientem qd negotii geritur,& contrahitur. De jure Sax.potest Colonus usufru-*

ctua-

ctuarius, vel alius, qui alienum prædium possidet ædificia tollere, si proprietarius fundi impensas ædificii restituere recusat. Landr. li. 2. art. 53. *Sin v. malâ fide h. e. sciens alienam esse, quid in alieno solo ædificavit materiam donasse præsumitur* d. l. 7. §. 12. ff. d. acqu. rer. do. §. ex diverso Instit. d. rer. div. *eandemq; amittit* arg. l. per errorē ff. de R. I. all. §. ex diverso. *In tantū ut nec diruto ædificio eam vindicare* all. §. l. 1. §. 2. C. de rei vind. l. si is contra quem C. d. ædif. priv. *nec ullam actionem dolive exceptionem instituere possit* Schne. ad .cum .n solo Instit. de rer. div. *Obstare vid. l. 2. C. d. rei vind. ex opinione Hottom.* R. *vid. apud Don.* 4. comm. c. 33. *Et quarto deniq; casu quo materiæ æstimatio est præstanda à soli domino sive ædificans in bona fide, sive in malâ fide fuit, eaq; stante ædificio non præstita, diruto eodem materia vindicari potest* per l. 2. C. d. rei vind. (e) *In textura hac cedit res intexta ei, cui est intexta* §. 26. Instit. d. rer. div. *eo q̃ pars ipsius formalis efficiatur* Gœd. ad L. Labeo ff. de U. S. *Sic purpura aliena chlamydi, alteri⁹ intexta cedit chlamydi, & ejus efficitur cuiq chlamys fuit* l. 23. §. 3. ff. d. rei vin. l. tigni 7 ff. ad exh. *cò q̃ suā formam amittat, chlamydiq; ita jūgatur ut pars formalis existat, & excludi ō possit* Gœ. d. lo. (f) *In hac cedit Tabula pictura, ei⁹ q; cuj⁹ pictura est, etiam tabula efficitur* l. qua ratione 9. §. 2. ff. d. acqu. rer. dom. §. si quis Instit. de rer. div. *eò quod pictura non sit simplex tabulæ accessio, sed accessoria specificatione tabulæ addens formam, ut non amplius tabula; sed pictura & imago vocetur* Gœdd. d. loc. Foman. disp. 9. th. 25. *Nec obstat nobis Paulus in l. in rem* 23. *§. sed & id* 3. *ff. d. rei vind. Loquitur enim de coreaceis, cereis, lapideis, ligneis tabulis, quæ scribendæ delineandæ & vulgariter depingendæ rei gratiâ facta sunt Cajus verò in d. l. qua ratione de pictura artificiosa loquitur, alioquin sibi contrarius esset lib. 2. Instit. h. tit. §. item 4.* qualiter hosce text. conciliat Gœdd. d. loc. n. 13. (g) *In hoc acquisitionis modo scriptura charta cedit* l. in rem 23. §. 2. ff. de rei vind. l. 3. §. penult. ff. ad exhib.

 §. lite-

§. literæ Instit. de rer. div. *eo quod non fiat pars formalis chartæ* Cœd. d. loc. *Mynsing putat olim propterea scripturam chartæ cessisse, quod charta olim in maximo fuerit pretio: Id verò hodiè cum non in tanto pretio sit non similiter obtinere.*

Resp. vid. apud Foman. d. disp. 9. th. 23.

FINIS.

